The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum r
cum uariis

Miracula in signum sunt non fidelibus sed infidelibus quia signum fidelibus non est necessarium qui iam crediderunt, sed infidelibus ut conuertantur. Nam Paulus pro non credencium infidelitate patrem Publi de infirmitate febrium uirtutibus curat, infirmantem uero Thimotheum fidelem non oratione sed medicinaliter temperate ut noueris miracula pro incredulis non pro fidelibus fieri.

Ysidorus libro I. de summo bono.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

Publi] publicum M; temperate] temperare P V^1 V^2 L^1 L^2